



Universitätsbibliothek Paderborn

Instructio practica ...

De Horis Canonicis Juxta Rubricas Breviarii Romani ritè recitandis - In qua etiam ipsæ Rubricæ Notis brevibus illustratæ, & Martyrologij Romani nomina suis Accentibus signata continentur, Ad Faciliorem Discentium Vsvm Ac Praxin

Lohner, Tobias

Dilingæ, 1676

§. 2. De Statione.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-48333](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-48333)

Capitis inclinatio facienda est.

- I. Ad *Gloria Patri* per omnes Horas, ubi caput profundè inclinandum esse monet Cæremoniale Episcoporum. l. 2. c. 1.
- II. Ad SS. Nomina JESU, & MARIÆ, & Sanctorum de quibus fit Officium, vel *specialis* commemoratio.
- III. Ad Stropham ultimam Hymnorum, in quibus Serosanctæ Trinitatis fit mentio.

§. II.

De Statione.

- I. HÆc præscribitur ad Orationem Dominicam, Salutationem Angelicam, & Symbolum Apostolorum extra preces Feriales, aut Officij Defunctorum, aut super Officij.
- II. Ad Horarum initia, & Hymnos.
- III. Ad Hymnum Ambrosianum.
- IV. Ad Versiculos Nocturnorum, & post Hymnos.
- V. Ad textum Evangelij ante Homiliam.
- VI. Ad Capitula omnium Horarum.
- VII. Ad Lectiones breves Primæ & Completorij.
- VIII. Ad Cantica *Benedictus*, *Magnificat*, & *Nunc dimittis*.
- IX. Ad Antiphonas B. Virginis in Dominicali Officio, & tempore Paschali cantari solitas.
- X. Ad Lectiones in Officio parvo B. Virginis in Adventu; hæc enim, cum sint de Evangelio, laudabilius ad eas statuit Gavantus s. 10. c. 1. n. 3.
- XI. Ad Psalmos etiam stant aliqui, uti Clerici Regulares, & Barnabitæ, teste Gavanto s. 1. c. 8. n. 18. ubi addit idem à Baronio ex S. Petro Damiani An. 1062. probari; sed consuetudo sedendi ferè hodie prævaluit.

§. III.

De Sessone.

- I. HÆc peragitur ad Psalmos omnium Horarum, saltem ex consuetudine; imò & convenienter Cæremoniale Episcoporum. l. 2. c. 5.
- II. Ad Lectiones Matutini juxta idem Cæremoniale. l. 2. c. 6.
- III. Ad